Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26144
Copyright: Admont, Benediktinerstift

In cap. 2.

18

Habundantiores dicit aut quae solebant in lege. aut certe am
plius non parans. Absit. Sed quia per multa tempora magnum apud
eos auctoritatis pondus uetus habebat testamentum. hec autem
quia uelut nouum illis dicebantur ne reprobilia iudicarent.
ostendit ex habundantia quam hec amplius obseruare de
bent. & quidam hoc pene dicens. Dei quidem et illa precepta
& ista. Sed non similiter. Et hoc quidem per demonstrat. nec autem
simpliciter hoc astruit. in posterioribus autem manifestius
id confirmat dicens. Si enim primum illud in quit esset in culpa
bile. & alia huiusmodi plurima. Et tum. Quid enim ueterescet.
& intercidit propinquum est. Sed nec adhuc nec diu audet tale
aliquid loqui in ipsis exordiis. usque quo praeoccupet obtineat plu
ribus astructionibus auditores. Propterea inquit habundantius
oportet nos obseruare ne forte effluamus. hoc est ne forsi
tan peccemus. ne forsitan excedamus. Et demonstrat in hoc
loco quantum malum in se ruina possideat. sicquidem difficile est
quid effluxerit tum resaluari. quam ex negligentie contin
git uicio. Subsit autem hoc uerbum ex puerbiis. fili inquit
ne effluas. Sed ad facilitatem lapsus & malum paternionis
ostendit. hoc est inobedientia uobis a periculo non erit liba.
& per ipsa quae astruit approbat. quam maior erit in caden
te supplicium. Et tum relinquit huius inquisitionem rei. ne
ex conclusione sua disputationem graue illis efficeret.
Hec quippe modestia disputantis. ut nulla generet au
dientibus ex dissertatis sermone molestia. Hoc autem